

1556 [=2462] bases tres. Rep. in mari prope aedem q. d. Serapidis m. Maio a. 1754 ACTA musei apud Fiorellium; *some bases lying in the court of the temple of Serapis, taken out of the sea at about a mile's distance from Pozzuolo* NIXON (1757); *trovata non nel recinto del tempio di Serapide, ma nel vicino lido dopo la scoperta del medesimo* GVASCO. *Nel cortile del tempio* MARINI. *Nella fonderia* ZOEGA. Iam Neapoli in museo.

in prima basi quadrata singulis verbis singula latera obtinentibus:

DVSARI || SACRVM || DVSARI || SACRVM

in secunda et tertia simillimis, formae item quadratae, sed longioris quam latioris, statuis sustinendis aptis:

DVSARI · SACRVM

item a tergo:

SACRVM

Descripsi et recognovi. Martorelli theca (1756) p. 652; Nixon *philosophical transactions* 50 (1757) p. 173; Zaccaria *stor. lett.* 14 (1763) p. 103 (inde Donat. 56, 6); Ignarra de palaestra p. 294; Guasco *tempio di Serapide* p. 39; Marini cod. Vat. 9120 f. 111 de visu, cod. 9131 f. 271' ab amico; Zoega ms.; Romanelli *viaggio* 2, 132. 135; Avellinius mus. Borb. p. 65 n. 85. 86. 87; Fiorelli cat. n. 691. 692. 693. Henzen 5828.

In secundo titulo prima D eminent. — Cf. Hesychius: Δουσάρην τὸν Διόνυσον Ναβαταῖοι, ὡς φησιν Ἰσίδωρος. Tertullianus apolog. 24: *unicuique etiam provinciae . . . suus deus est . . . ut Arabiae Dusares*. Stephanus Byzantius s. v.: Δουσαρή, σκόπελος καὶ κορυφή ὑψηλοτάτη Ἀραβίας· εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ Δουσάρου· θεὸς δὲ οὗτος παρὰ Ἀραβῶν καὶ Δαχαρηνοῖς τιμώμενος. Ludi memorantur in nummis Ἀδραηνῶν Δουσάρια (Eckhel 3, 500) et Ἄκτια Δουσάρια Bostranorum (Eckhel 3, 501). Eiusdem dei nomen in titulo alio Puteolano Nabataeis litteris scripto aliisque Aramaeis indagavit Gildemeister *Zeitschrift der deutschen morgenländ. Gesellschaft* 23 (1869) p. 151. Ego apud Henzenum n. 6804 ad id numen rettuli titulum repertum in Germania inferiore anno p. C. 223 dedicatum (ut legit qui nuperrime edidit diligenter recognitum Hettner in catalogo musei Bonn. n. 68) DEO·APOLLINI DYS PRO·LV·SOLIQ·DE·, neque paenitet coniecturae, quamquam quid lateat in PRO·LV non perspicio.

1559 [=2472] Puteolis rep. m. Apr. 1798; est Neapoli in museo.

GENIO · VOTVM
SOLVIT ANM LIB
M ANNVS MACER

Descripsi et recognovi. Giustiniani *diz. geogr.* VII, 299; Avellino inscr. mus. Borb. p. 76 n. 108; Fiorelli cat. n. 684.

1560 [=2592] tabella longa uncias 13, alta 8, olim Neapoli apud Iosephum Vallettam, postea ibi apud Andreinum, deinde Florentiae apud Gorium. Hodie ibi in museo publico.

EX · IMPERIO
GENI · ALOTIANI
EVARISTVS · SERVI
TOR · DEORVM · EX · VI
5 SO · LIB · AN

Recognovi; descripsit Henzen. Goetzius in schedis Halensibus; Bianchini ms.; N. Valletta apud Vignolium p. 183 (inde Mur. 76, 4); Gori I, 235 et melius III, 104. Citat A. S. Mazochius *spicil. bibl.* 2, 240. Orelli 2363.

1557 [=2591] Neapoli prope Vicariam infra quandam domum D. Silvestri [Galeoti add. AVGVST. 36, Baleotae MET.] protomedici regis IVC.; in domo Tristani fundecarii iuxta Vicariam AVGVST. 26; apud Vicariam in domo cuiusdam Mandesi FIL.; in ecclesia S. Mariae a Fortuna in extremo promunturio Pausilypi, ubi rep. est FALCO; in fabrum *legnari* vico GIORD. — Tibure in aede S. Iacobi SCAL.; Capuae in aede S. Iacobi ROM.

T · VESTORIVS · ZELOTVS · POST · AD
SIGNATIONEM · AEDIS · FORTVNÆ
SIGNVM · PANTHEVM · SVA
PECVNIA · D · D ·

Iucundus f. 113, a quo pendent Augustinus (cod. 3492 f. 34, cod. 3528 f. 36' et apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 311; ex eo Apianus 113, 4; inde Grut. 1, 6); Bononius cod. Trai. f. 133', cod. Ottob. f. 39'; Alciatus Feae f. 77'; Scaliger cod. Pap. p. 79; Romieu cod. f. 145; Pighius cod. mus. f. XIX. Ex lapide Augustinus cod. 3540 f. 10, cod. 3528 f. 26' (inde Apianus 112, 5); liber Filonardianus f. 109'; Falco ed. 1549 f. B 6 (inde Marius Corradus cod. Vat. 5241 p. 577. 620; Summonte 1, 104; Capaccius l. 1 c. 14 p. 229; Mur. 127, 1 e Capaccio); Giordanus ms. (inde Gervasio *iscr. Napol.* p. 67 et *Bull. Nap.* a. I p. 40). Orelli 2413.

Versus divisi ad Augustinum 26, qui delineavit. — 1 T·I Aug. 26 Fil., p. Giord., om. Falco. — VESIORIVS Aug. 26 Falco. — ZELOIVS Aug. 26 Falco Fil., TELOSVS Giord. — AD] AS Falco Giord. — 2 FOR·TVNÆ Aug. 26, FORTVNÆ Iuc., FORTVNAI Fil. — 3 PANTEVM Giord.

1558 Neapoli in domo Nicolai Margaritae in pavimento.

fortunae puBLICAE · SACRVM
? ministraE · SACERDOTI · DIUINI
nostrī IMPERATORIS · TI · CLAVI · DRU-
si f. caes. augVSTI · GERMANICI · PONTIFICIS
5 maximi tr. pot. uI · COS · III · DESIG · III · IMP · XII · P p p. C. 46

Scip. de Cristoforo dedit Mazochio.

2 in. quid fuerit nescio; videtur requiri nominativus pluralis, quales sunt *ministrae* vel *scribae*.

1561 [=2593] tabula marmorea littera ornatissima ACC.; magnis et formosis characteribus MET. Neapoli apud portam Petrucii in domo cuiusdam lapidariae IVC.; apud Iacobum lapidariam BON. In aedibus Hadriani Gulielmi ACC. PIGH. SMET. — *Ritrovata zappandosi una masseria vicino a Poggio Reale* FALCO ex ore hominum opinor.

GENIO · CAESARVM
DIOGNETVS · VILIC · FEC

Iucundus f. 115 (a quo pendent Bononius cod. Trai. f. 130, cod. Ott. f. 38; Augustinus cod. 3492 f. 35', cod. 3528 f. 38); Accursius I n. 32; Falco ed. 1549 f. D 1 (inde Corradus apud Manutium cod. Vat. 5241 p. 578. 622, fortasse item cod. 5237 f. 193'; Manutius orth. 780, 2); Metellus cod. Vat. 6039 f. 358 ex Morillonio et Val-lamberto (hic scilicet sumpsit per Augustinum ex Iucundo); Pighius cod. Lugd. p. 87, cod. mus. f. 21, item Smetius ed. 34, 3 a Pighio (inde Grut. 107, 9 ex Smetio et ms. Pighii). A prioribus omnino, maxime Falcone, Waelscapple f. 82; Giordanus ms; Capaccius l. 1 c. 14 p. 234; Fabretti 38, 186. Orelli 1717.

2 DIOGENETVS Pigh. solus. — VILL (non VILLIK) Pigh. (ms.) contra Smetium et reliquos, VILICVS Met. m. 2, VILLICVS Falco Met. (m. 1). — FECIT Falco Met. — 'Putatur quem proscriptum Appianus' [immo Plutarchus Sull. 31 de Q. Aurelio quodam] 'dixisse commemorat: Al-banum meum me persequitur' adscriptum legitur apud Metellum et Smetium.